



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Decretvm V. De non discedendo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

# DECRETA SYNODI PRÆSENTIS GENERALIA.

**DECRETUM PRIMVM,***de Synodo incepta.*

**H** Abetur ad verbum in Synodo quinta,  
fol. 301.

**DECRETUM II.***De modo vivendi, Synodi tempore.*

Fol. 301.

Nota, cum allegata in dicto decreto tabella  
disciplinae Synodalis, per Nos in multis aucta, ean-  
dem integrum hic subuenimus.

**T A B E L L A***Disciplinae Synodalis.*

I. Clerus ad Synodum convocatus, se-  
cum cogit, quas ob causas hæc  
actio anniiversaria celebretur.

II. Omnes vos diligenter ad sacram Communionem præparate.

III. Assidue, caste pureque preces D e o  
adhibete.

IV. Ad rei, cuius causa convenistis, gra-  
vitatem intenti, tota animi cogitatione in eam  
incumbite.

V. Ad cauponas ne divertite.

VI. Nolite per plateas vagari, aut præ cu-  
riositate, hac atque illac circumcurfare.

VII. Ad synodalem sessionem, statâ hora  
indictâ, sollicite convenite.

VIII. Nec vero raptim, sed gravi incessu.

IX. Ubi convenistis loco constituto, su-  
perpelicea munda ac decentia, aut alias ve-  
tites, pro Ecclesiastici beneficii ratione, in-  
duite.

X. Decenter induiti, ad statum sessionalem  
locum, non turbulenter, sed quiete, acce-  
dite.

XI. Bini, quoad ejus fieri potest, conve-  
niente.

XII. Ordine confidete.

XIII. Mane priusquam conveniatis, ci-  
bun ne capite, aut potum, minus tabaco uta-  
mini, sed jejuni adeste. In prandio etiam ita  
Vos geratis, ut omnem excessum, præsertim  
in potu eviteris, & necessitati tantum nature  
satisfaciatis, & ut prompti paratique ad ses-  
siones pomeridianas, si quæ habendæ sint,  
aliosque Conventus, debite comparere pos-  
fitis.

XIV. Jejunium, quod in Ecclesiasticis  
his actionibus olim institutum fuit ut proxima  
feria. 6. servetis, hoc valde hortamur in  
Domino.

XV. In loco autem benedictionis, quod est

templum D e i, confidentes, ne vocibus ob-  
strepite.

XVI. Non tumultibus rem synodalem  
perturbate.

XVII. Non confabulationibus operam  
date, minus somno sopiti adeste, ut ea, quæ  
D e u s per Nos à vobis exigit, digne in ejus  
conspicüa, ( qui in medio hujus sacri cœtus  
se futurum promisit, ) percipere possitis, &  
ad salutem tum velstram, tum aliorum Vobis  
commisorum sempiternam exequi, pœnas  
que otiosi imponendas, declinare valeatis.

XVIII. Non è cancellis, intra quorum  
fines sessio Diœcesana habetur, exite, nisi ab-  
soluta sessione, aut necessaria de caufa.

XIX. Cum autem exire necesse habetis,  
facultatem à Vicario generali petite, reversi,  
ad eundem venite, antequam designato loco  
confideatis.

XX. Sessione de more absoluta, non rap-  
tim turbulenterve dilcedite, sed graviter de-  
coroque incessu.

XXI. Hæc omnia servate.

XII. Cavete denique, quæcunque, &  
Ecclesiasticae disciplinae, & synodalis actionis  
dignitati, & loci venerationi, minimè  
conveniant.

XIII. Si quæ gravamina habetis, in  
scripto edite.

**DECRETUM III.***De Collecta in Missa pro peccato-  
rum venia.*

Fol. 302.

**DECRETUM IV.***De prejudicio non afferendo.*

Fol. 302.

**DECRETUM V.***De non discedendo.*

Ibidem.

**DECRETUM VI.***De oratione publica.*

Ibidem.

Hoc lecto Decreto, Illustissima S. Celsitudo  
specialiter Clerorum, ut pro præsenti nunc necessitate  
publica, & contra persecutores Ecclesie ad Deum  
oren, in hec verba adhortata fuit:

Recte enim fidelis Apostolus Nos vocat  
corpus Christi, & membra de membro; si  
quid igitur patitur unum membrum, compa-  
tiuntur omnia, quorum hoc tempore quæ-  
dam à Turcis, quedam à Moscis, & Hethero-  
doxis,